



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

De Præcellentia Episcopalis Dignitatis

Alzedo, Mauricio de

Lugduni, 1630

De Conciliorum generalium & Synodaliū congregatione. cap. 1.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62394](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62394)

DE CONCILIORVM GENERA-
LIVM, ET SYNODALIVM
CONGREGATIONE.

CAPVT PRIMVM.



ANTIQUISSIMA est in Ecclesia Concilio-
rum congregatio per
longos seruata annos,
cepit namque Apo-
stolorum tempore, colligitur ex
illo celebri Concilio Hierosolymi-
tano ab Apostolis congregato, de
de quo fit mentio in *c. porro. 66. dist.*
vbi consecrationis Episcopalis for-
mam successoribus tradiderunt: re-
ferunt Viualdus in *candelabro aureo*
cap. 8. de lege canonica num. 12. Hiero-
nymus Roman. in *su republica Chri-
stiana, lib. 5. cap. 1.*

2 Concilium generale Synodus
Episcoporum dicitur. *c. sancta Ro-
mana Ecclesia, 15. dist. c. satis euidenter.*
*96. dist. multos citat Barbosa in re-
missionibus ad Concil. Trident. sess. 2.*
num. 3.

Eo quod in eo totius Ecclesie
episcopi congregantur, & omnes
Patriarche, Primates, Archiepi-
scopi, & etiam sancte R. E. Car-
dinales, Abbates, ordinum Gene-
rales, Senatores Rotæ, Principum
sæcularium Legati, Oratores, &
alij de quibus Roman. *d. lib. 5. cap. 2.*
vers. & primò nota.

3 Et sic quando congregatur Con-
cilium omnes vocantur episcopi,
& precisè tenentur ire, seu lega-
tum mittere, qui eos excuset: ad
quod non trina, sed vnica moni-
tio sufficit: & nequeunt discedere
antequam dissoluatur, & quod

sancitum est subscribant, aliter
enim excommunicationem incur-
runt. *c. ego, de iureiurand. & ibi Bald.*
num. 4. & Panormitan. & ceteri
Scribentes. Cataldinus de Bon-
compagnis de potestate Papæ, num. 69.
Petrus de Monte de Monarchia Con-
ciliorum, summ. de Prælator. citatione.
Hieronymus Roman. *suprà.*

4 Episcopi titulares, qui verè epi-
scopi sunt, & præminentias, ac
priuilegia sicut alij Episcopi reti-
nent, debent vocari ad Concilium,
& etiam illi, qui renuntiarunt lo-
co, non dignitati. Stephanus Gra-
tianus *disceptat. forens. cap. 291 tom. 2.*
num. 6.

5 Quod isti episcopi titulares ne-
que debeant vocari, neque tenean-
tur ire ad Concilium generale, in-
sinuat Barbosa in *pastorali, tit. 1. c. 6.*
num. 20.

Quæ opinio nullo modo debet
admitti, tamquam non vera, quia
Episcopi titulares quoad omnia
æquales sunt alijs Episcopis: &
quia vocem quam Episcopi habent
in Concilio non est idèd, quia est
episcopus Auriensis, aut Bur-
genfis; sed quia est Episcopus, cui
ratione suæ personæ & dignitatis,
competit assistere, & interesse ibi.

6 Probatum etiam ex eo, quia Epi-
scopus qui duas ecclesias cathedra-
les dispensatiuè habet, vnã in ti-
tulum, & etiam in commendam:
vel si vna est vnita alteri, non ha-
bebit

7 bebit duas voces in Concilio, nisi vnâ tantum: quia vocem quam Episcopi habent in Concilio, non est ratione ecclesiarum, seu nomine earum; sed ratione episcopalis dignitatis, & in propria persona. Ergo nihil interest quod plures Ecclesias habeat, si vnica persona est: quia vnâ vocem tantum habebit. Argumento text. in *l. si plures* 9. ff. de pactis. Gloss. & Bart. in *l. si consul.* n. 1. ff. de adoptionibus. Stephanus Gratianus *disceptat. forens.* tom. 2. c. 291. num. 65. Sed si non ratione Ecclesiarum, sed Episcopalis dignitatis episcopi vocem habent in Concilio, Episcopi titulares, qui verè episcopi sunt, quid obstat quod ecclesias non habeant, si retinent episcopalia priuilegia, ad hoc vt vocem in Concilio habeant, & ad Concilium vocentur? contra Barbosa *ubi proxime.*

9 In Concilio soli episcopi, Cardinales, & Patriarchæ, ac cæteri de ordine episcopali habent vocem decisiuam, cæteri Ecclesiastici, & sæculares, consultiuam. Pineda in *Monarchia Ecclesiastica* lib. 17. cap. 33. §. 4. part. 3. tom. 3. & lib. 18. cap. 26. §. 3. Augustinus Barbosa in *remissionibus ad Concil. sess. 2.* num. 3.

10 Et quando episcopi in Concilio congregantur, debent ingredi cum sacris & Pontificalibus ornamentis, & cum mitris albis, ac planis, sine baculo & pallio. Petrus de Monte *suprà*, de *Conciliis præambulis*, summ. 3. Hieronymus Venero in *examine Episcoporum. c. de Conciliorum congregatione*, n. 3. & 4.

11 Antiquitus episcopi in Conciliis primum obtinebant locum, ante Principum & Regum legatos: licet hodie non seruetur. Pineda in *Monarchia Ecclesiastica*, p. 3. tom. 3. lib. 17. cap. 33. §. 4.

Et nobiliori loco sedebant, quàm Presbyteri, & Diaconi Cardinales. Bellarminus in *apologia pro responsione ad Jacobum Britannia Regem*, c. 4. de *comparatione Regis & Cardinalis*. Boherius de *ordine graduum vtriusque fori*, summ. 1. num. 50. Guillelmus Rodeanus de *simonia*, cap. 18. num. 4. Gonzales in *regul.* 8. *cancelaria*, gloss. 41. num. 22. vsque ad 24. B. Ioseph de Siguença religiosissimus sancti viri in *vita Lini Hieronymi*, discursu 6. fol. 249. ibi, en los primeros 600. y aun 800. años ni eran solos, ni los primeros, (loquitur de Cardinalibus sanctæ Romanæ Ecclesiæ.) porque para los negocios graues Guntava el Papa Concilio nacional de los Obispos de Italia, y aunque se hallauan en ellos los Cardenales tenian el primer lugar los Obispos de jòse por la dificultad de iuntar Concilio. Petrus de Monte summ. 1. de *ordine assistentium Concilio*, num. 2. & 3. quam prioritatem & ordinem iam non esse in vsu, & de nouo modo & ordine sedendi, Augustinus Barbosa in *remissionibus ad Concil. sess. 2.* n. 3. fol. 2.

13 Tam episcopi, Archiepiscopi, quàm Patriarchæ, in sedendo ordinem ac prioritatem consecrationis obseruant, vt ab antiquo in variis Conciliis decretum extat. c. *Episcopos*. 17. dist. Filescacus de *sacra Episcoporum. author.* c. 10. §. 4. fol. 132. Casaneus in *catalog.* part. 4. conf. 9. Gregorius Lopez in *l. 9. tit. 5. part. 1.* Felinus in *rubrica de maior. & obed.* num. 1. Ioannes Garcia de *nobilitate*, gloss. 48. §. 3. num. 14. vsque ad 19. Lancelottus in *templo*, lib. 2. cap. 2. de *Cardinalibus*, §. 3. Sebastianus de Medicis in *tractat. de legibus & statutis*, p. 1. q. 12. fol. 164.

14 Et ne lites seu contentiones de tempore consecrationis mouerentur,

tur, decretum in Concilio Meliuitano fuit, *cap. 14.* & in Affricano *cap. 56.* Carthag. *græc. cap. 92.* vt episcopi quando consecrarentur, ab Episcopo consecrante literas acciperent, manu eius & aliorum duorum episcoporum consecrantium scriptas, continentes Consulem, & diem, vt nulla altercatio de posterioribus, vel anterioribus oriretur: quòd si illo anno nondum essent creati Consules, vel nulli essent, ea utebantur formula post cõsulatũ N. V. C. vt decretũ fuit in Concilio Meliuitano *cap. 20.* & hic cõsecrationis ordo, & prioritas, tam religiose ab episcopis seruatus fuit, quòd si qui Presbyteri, vel Archidiaconi, Abbates, vel Diaconi, ad Concilium à suis episcopis missi essent, eorum vice in subscribendo suorum episcoporum ordinem retinerent, etiam ante Episcopos, qui ordinatione posteriores essent illis episcopis. Ioannes Filescus *vbi prox. d. c. 10. §. 4.*

15 Concilium generale episcoporum legitime congregatum potest cognoscere super controuersia orta de Papatu. *c. si duo. 79. dist.* Syluester *verb. Concilium. num. 7. in fine.* Petrus de Monte *de priuatu Papæ, summ. de Concily præminentia. num. 2.* Philippus Decius *conf. 152. num. 4. & 12. tom. 1.*

16 Sed si contententes de Papatu Concilium congregare nolissent, ne de eis iudicium fiat, quod est satis verisimile facturos, tunc Cardinales debent conuocare ad Concilium interueniente etiam Imperatoris & Regum auctoritate, & irrequisitis contendētibus vt Concilium congregent: vt factum fuit tempore Sigismundi Imperatoris. Tiberius Decianus *in tractat. criminal. tom. 1. lib. 5. cap. 52. num. 6.* Petrus

à Monte *summ. de Concilior. general. congregatione, num. 8. & 9.* Syluester & Philipp. Decius *num. 13.* Nicolaus de Milis *in repertor. verbo Papa, vers. Papa solus.*

17 Concilium generale episcoporum legitime congregatum est iudex competens Papæ, in omne id, quod attinet ad vniuersalem statum ecclesiæ & ad communem reformationem: vt iam sancitum in Concilio Constantiæ celebrato, anno Domini de 1415. tempore Sigismundi Imperatoris, & in Pontificatu Ioannis XXIII. Ille scas *in historia Pontificali in vita Ioannis XXI. fol. 74. vers. en las dos otras sesiones siguientes.* Soto *in 4. sentent. dist. 22. quest. 2. art. 2.* Petrus à Monte, Syluester, Philippus Decius, & Milis *suprà.* Cataldinus *de potestate Papa, num. 82.* Armilla *verbo Concilium, num. 1. & 2.* Selua *de benefic. quest. 22. part. 2. num. 6.* Rojas Episcopus Serguntinus *in singularibus litera P. singulari. 146. per totam.*

18 Sed caue à Deciano, Philippo Decio, Rojas, & ab aliis ex proximè relatis, afferentibus: posse Papam in hæresim incidere, & propter hæresim à Concilio priuari; & Tiberius Decianus *hæc addidit in tom. 1. lib. 4. cap. 15. num. 18.* Neque tibi videatur nouum quòd Papæ inueniantur hæretici, nam & Liberius Papa Arrianorum erroribus se immiscuit, & Anastasius secundus Nestorianis adhæsit, & Cælestinus errore magno lapsus est, circa matrimonia fidelium. Sed profectò melius dicere nobis licebat, ipsum esse errore magno lapsum circa rem tam grauem, cum certissimum sit, Papam errare in his non posse, quæ ad fidem pertinent, neque in hæresim incidere; sed ad declarationem distingo sic.

Quòd

20 Quodd Pontifex aliquid tamquam Caput ecclesiæ de consilio Cardinalium diffiniens, nullo modo errare posse tenendum est: nam ad hoc difiguntur verba illa Matth. capit. 16. ibi, *Super hanc petram adificabo Ecclesiam meam, & porta inferi* (hoc est hæreses) *non praualebunt aduersus eam*: & illud Lucae capit. 22. *Ecce Satanas expetiuit vos, ut cribra- ret, sicut triticum: ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos*; & in hoc sensu sunt accipien-
 21 da verba illa text. in c. à nobis, 2. de sententia excommunicat. ibi, quod iudicium veritati, quæ neque fallit, neque fallitur, semper innititur. Nam quoties Pontifex aliquid decernit, tamquam Ecclesiæ Caput,
 22 semper veritati & Dei iudicio innititur, & sic falli aut decipi nullo modo potest, neque fallere, aut decipere, quod totus fatetur mundus. c. arrecta, 24. quest. 1. c. sic omnes. 2. & ibi Glossa. Archidiacon. & Geminianus 29. dist. c. maiores, de baptismo. & ibi Ioannes Andreas num. 2. Innocentius, Panormitanus, Zabarella, Antonius de Burrio, & Ancharanus, c. significasti, de elect. & ibi Panormitan. & in c. 1. de reliquiis, & venerat. Sanctor. & ibi Scribentes, Caietan. & Dicus Thomas 2. 2. quest. 1. art. 10. & quest. 11. art. 2. ad 3. idem Caietanus in tract. de Concilio cap. 9. & 11. quos sequitur Couarruias variar. lib. 1. cap. 10. num. 12. Felinus in c. venerabilis, 52. de testibus, num. 2. Syluester verbo Ecclesia, 1. num. 3. & verbo Concilium, num. 3. Simancas de Catholicis instit. c. 44. n. 17. vsque ad 20.

Si verò aliquid decernit, non vt caput ecclesiæ, sed vt persona priuata, & particularis, distinguo: aut est circa absolutionem excommu-

nicatorum, vel circa alia negotia, quæ ad fidem non pertinent, & circa hoc dicendum est, posse errare, quia etiam potest peccare; & in hoc casu intelligendus est textus in d. c. à nobis, 2. de sentent. excommunicat. ibi, iudicium autem ecclesiæ nonnumquam opinionem sequitur, quam & fallere sapè contigit, & falli: vt optimè sentiunt Panormitan. Hostiensis, Butrio, Zabarella, & Felinus; ibi, & meliùs. Couarruias & Syluester supra Gloss. in c. arrecta, 24. quest. 1.

Aut est circa ea, quæ ad fidem pertinent, & sunt fidei; & licet in his loquatur de rebus fidei, vel pertinentibus ad fidem, tamquam persona priuata, & non tamquam Caput ecclesiæ. Nihilominus tamen pertinaciter errare, vel in hæresim incidere, piè credendum est, nullo modo posse: vt eleganter defendunt Simancas de catholicis institut. cap. 12. num. 14. illis verbis: est alia pia satis & erudita sententia, quæ audacter asserit, & perdoctè probat nullum hactenùs Põtificem summum fuisse hæreticam; sed neque in futurum esse posse, quia Christus oratione sua impetrauit, ne vnquam deficeret fides Petri, cuius prærogatiuæ participes facti sunt ipsius Petri successores. et ex verioribus historicis ad hæc vsque sæcula constat, omnes Pontifices catholicos decessisse, quod eleganter probant Albertus Pighius, lib. 4. hierarchie Ecclesiastica, cap. 8. & Alphonsus à Castro, lib. 1. aduersus hæreses, cap. 6. Cardinalis Bellarminus libro 4. de Pontifice, cap. 5.

Quando agitur de causa Papæ mortui, non ad Concilium episcoporum, sed ad Papam successorem causæ cognitio spectat, quod

fuit de facto tempore Clementis V. coram eo namq; bonæ memoriæ Bonifacij octauæ Papæ, minus piè quàm tantum Principem decebat, à Philippo Galliarum Rege dicto *el hermoso* impugnabatur. Menochius *de arbitrar.* lib. 1. q. 80. num. 132. Tiberius Decianus *in tract. criminal.* tom. 1. lib. 5. cap. 52. num. 17. Martin. Laudens. *de Principib. quæst.* 499. Cataldinus *de potestate Papa.* num. 82. Petrus à Monte *de primatu Papa, & Monarch. Concil. sum. de Concilij præminencia,* num. 10. & 11.

25 Tenentur etiam Episcopi non solum vocati ad Concilium ire, sed quotannis, vel quando ipsis conueniens, necessarium visum fuerit, Concilium Synodale congregare, pro moribus moderandis, & excessibus corrigendis. Concil. Trident. *de refor. sess. 24. cap. 2. lib. 8. c. de Concilijs, cum multis seqq. c. quoniam o. annis singulis.* 18. dist. Syluester *verb. Concilium.* num. 11. Armilla *verbo Episcopus,* num. 15. Cæremonialis Episcoporum, *cap. 31. lib. 1.* Angelus *verbo Episcopus,* num. 13. Sebastianus de Medicis, *de legibus, & statutis, part. 1. quæst. 14.* Marius Alterius, *de censuris,* tom. 1. lib. 5. *disp. 12. cap. 2. col. 5. litera D.* Emanuel Rodriguez, *tom. 3. quæst. 47. fol. 227.* Barbosa, *in pastoralis,* pag. 3. *alleg. 93. num. 2.* Antonius Fernandez de Moure, *in examine Theologia,* pag. 4. *cap. 7. §. 1.*

26 Archiepiscopus electus, confirmatus & consecratus, sed nondum palliatus Synodum congregare nequit. *c. quod sicut §. super eo.* & ibi gloss. & Panormitan. num. 4. *de elect.* Sanchez *de matrimonio,* lib. 4. *cap. 38. num. 9.* Petrus Gregorius *synagmat. pag. 2. lib. 15. cap. 11. num. 6.*

27 Tempus autem præcipuum ad

Synodum congregandum est post tertiam hebdomadam Paschæ, vel ante dies Quadragesimæ, vt omnibus (siquæ sunt) simultatibus amputatis, mundum ieiunium, & solemne Deo possit offerri. *c. habeatur c. propter Ecclesiasticas* 18. dist. & ibi Archidiacon. & Scribenr.

28 Ad eum tamen accedere tenentur animarum curam habentes, *c. quod super his. cum gloss. de maiorit. & obedient. c. de eulogijs. c. si quis autem.* 18. dist. Concil. Trident. *sess. 24. de reformat. cap. 2.* ibi, ratione tamen parochialium, aut aliarum sæcularium Ecclesiarum, etiam annexarum, debent ij, qui illarum curam gerunt, quicumque illi sint, Synodo interesse. Franciscus Leo, *in thesaur. cap. 9. num. 13. pag. 1.* Vgolinus *de offic. Episcopi cap. 48. §. 1. num. 1.* Barbosa *in pastoralis part. 3. alleg. 93. num. 5.*

29 Debet enim etiam accedere Capitulum Ecclesiæ Cathedralis, seu Collegiatæ, iurisdictionem quasi Episcopalem habens. *can. vltim. de his quæ fiunt à Pralat. sine.* & tunc Capitulum deputauit illos, qui accedere & interesse debent, vt reliqui Capitulares in seruitio Ecclesiæ remaneant. Sic declarauit sacra Congregatio Card. teste Barbosa, *vbi supra num. 11.*

30 Ingressi namque in Synodo tenentur Episcopus sacris indutus vestibus, & similiter Abbates benedicti. Cæremonial. Episcoporum. *lib. 1. cap. 31.* Geminian. *in cap. vt Apostolica, de priuileg. lib. 6. num. 9.* Lancelot *in templo lib. 2. cap. 5. n. 20.*

31 Abbates exempti ius mitræ, & baculi, & iurisdictionem quasi Episcopalem habentes, debent ingredi cum sacris vestibus, & vti mitris aurifrisatis, sed abstinere à mitris habentibus aureas seu argenteas laminas.

laminas. c. vt Apostolica 6. de priuileg. lib. 6. & ibi Geminian. num. 4. Ioann. Garcia de nobilitate, gloss. 48. §. 3. num. 62. Casaneus in catalog. part. 1. argumentor. considerat. 5. Boherius de author. mag. consil. num. 13. Cæremonialis Episcoporum. l. 1. c. 31.

32 Abbates verò non exempti debent portare mitras simplices, ac planas, non aurifrisatas. c. vt Apostolica. & ibi Geminian. Panormitan. Boherius, & Casaneus. Lancellortus, in templo, lib. 2. cap. 7. de Abbate. §. 1. num. 2. vbi plura congeffit de Abbatibus.

33 Extra Synodum autem in præsentia Episcopi illius Diocesis, Abbates tam exempti quàm non exempti talia deferre sine venia Episcopi de honestate non debent, nisi super hoc speciale Pontificis habeant priuilegium. Geminian. & Casaneus, ibi.

34 Quemadmodum Episcopus coram Romano Pontifice, vel Apostolicæ sedis legato vitur mitra alba, & plana; & licet in iure expressum non sit, audiui quòd debet esse de alanda sin ninguna guarnicion. Cardinales autem coram Papa de damasco con vnus riberes de lo mesino: neque ibi vtuntur baculo pastorali, quia baculum gregis significat custodiam, & cum custodiæ plenitudo Papæ tamquam in plenitudinem potestatis vocato, sit commissa, coram eo debent cessare insignia talis potestatis. c. ad honorem, de thor. & vsu pall. Geminian. supra. Petrus à Monte de primatu Papa, & Monarch. Concilior. summ. de Concil. præambulis, n. 5. cum seqq.

35 Et quatuor Patriarchæ, scilicet Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, & Hierosolymitanus quibus ex priuilegio concessum fuit, vt vbi cum-

que crucem ante se ferri possent non vtuntur ea in vrbe Romana, vel vbi cumque Romanus Pontifex eiusve Legatus fuerit, vtens insigniis Apostolicæ dignitatis, (sunt enim vestis rubea, palafredus albus, frenum & calcaria deaurata. Petrus Gregorius syntagmatum, lib. 15. cap. part. 2. cap. 9. num. 6. Cardinalis in Clementin. vltim. de priuileg. Flaminius Parisius de resignat. lib. 7. quæst. 13. num. 7. Andreas Gambarus de offic. Legati de latere, num. 20. fol. 25. Barbosa in pastorali, tit. 3. cap. 1. num. 23. c. antiqua. & ibi Abbas de priuileg. Gloss. in cap. 1. vt lite pendent. verbo de iure. & ibi Scribentes, Petrus Gregorius vbi proximè, & cap. 3. num. 12. Sylæster verbo Patriarcha, num. 1. Cardinalis in d. Clementin. Riccius in prax. decis. 570. num. 4. Bonifacius de Vitalinis in d. Clement. num. 2. Gratianus disceptat. forensium, cap. 467. tom. 3. n. 10. 11. & 12. Rodeanus de simonia c. 16. n. 4. p. 1.

Et præsentè Legato de latere, vel Cardinali, nullo modo debet permittere Archiepiscopus ante se crucem portari. Cæremon. Episcoporum. l. 1. c. 4. Gambar. supra & l. 1. n. 6. Riccius Vitalinus, Barbosa, & Rodeanus Betrachinus de Episcopis, prima parte quarti libri, num. 5. Lancellotr. in templo lib. 2. cap. 1. num. 3. summ. cruce vitur Pontifex.

37 Et Cardinales sanctæ Romanæ Ecclesiæ Romano Pontifice assistente rochetum coopertum gestant: & Episcopi Cardinalibus assistentibus de vrbantate idem obseruant: & coram Cardinali legato de latere neque vntur Mozetta, neque rocheto; sed super indumentis portant mantelete, & manicas albas rocheti discoopertas, vt iam vidi in aduentu illustrissimi

Cardinalis D. D. Francisci Barbarini Legati à latere, cum commiffione ampliffima, & fanctiffimi Urbani Oſtaui nepotis, quem Deus optimus maximus ad totius Ecclefiæ bonum feliciter feruet. Cæremonial. Epifcopor. lib. 1. cap. 4. Riccius Bertachin. & Gambar. fuprà Cafaneus in catalog. part. 4. confider. 25. verf. final. Camillius Borellus in summ. decision. tit. 6. n. 41.

38 Tenentur etiam ad Synodum accedere regulares, quibus animarum cura commiffa est, vel deputati ad curam animarum in Ecclefiis regularium. Concil. Tridentin. de reform. feff. 24. cap. 2. Azor. inſtit. moral. 2. part. lib. 3. cap. 47. quaſt. 3. Barbofa in paſtorali, part. 3. alleg. 74. num. 25.

39 Incidit Epifcopus in ſuſpenſionem duorum menſium, ſi poſt celebrationem Concilij prouincialis, non conuocat ad Synodalem, ad ibi quidquid ſalubre ſtatutum eſt, referendum. c. final. 18. diſt. Sylueſter verbo ſuſpenſio 6. verf. 1. Marius de cenſuris, tom. 2. diſp. 16. de ſuſpenſione, c. 1. verf. 2. Bonacina eodem titulo, diſp. 3. quaſt. 6. punct. 5. num. 3. Henriquez in summ. lib. 3. cap. 38. §. 3. num. 4. Barbofa alleg. 111. num. 21.

40 In Synodo & extra Synodum ad abufus tollendos, & ad retinendum clerum ſuæ Diœceſis in diſciplina habet Epifcopus poteſtatem legiflatiuam, & ſic poteſt ſtatuta condere ſine conſenſu cleri, non verò Capituli ſuæ Eccleſiæ irrequiſito conſilio, quod ſequi nullo iure cogitur. Vt Sacra Congregatio declarauit. Leo in theſauro part. 1. cap. 9. num. 15. Vgolin. de offic. Epifcopi c. 47. num. 7. Borgafius, de irregular. titulo quis poſſit facere canonem. fol. mibi 370. Guilielmus Rodeanus de ſimonia cap. 18. num. 8. fol. 63. Facit

Text. in cap. 2. de maior. & obedient. & in cap. vt animarum, de conſtitut. in 6. Gloſſ. in cap. 1. verbo generaliter. de conſecrat. diſt. Azor. inſtit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 47. quaſt. ultim. Barbofa in paſtorali part. 3. alleg. 93. num. 23. Suarez, de legibus lib. 4. per totum: præcipue num. 2. Marius de cenſuris tom. 1. lib. 5. diſp. 12. cap. 2. col. 5. liter. D. Sebaſtianus de Medicis de legibus & ſtatutis. part. 1. quaſt. 14. fol. 164. Bart. in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iure. & ibi Bald. idem Baldus in c. ſi quis 2. de maior. & obed. num. 2. & in cap. conſtitutio. n. 7. de conſtitut. Diaz de Luco regula 238. Speculator lib. 1. p. 1. titulo de diſp. §. 5. num. 23. Chriſtophorus de Caſtelliono conſ. 21. incipit, in Chriſti nomine. fol. 32. num. 14. Alexander de Neuo conſil. 60. num. 16. fol. 68. vbi dicit, poſſe ſtatuta præceptoriam, prohibitoriam, atque pœnalia condere: idem tenet Caſtelliono vbi proximè.

Et talia ſtatuta perpetua ſunt, neque expirant morte Epifcopi ſtatu-entis. Gloſſ. in d. cap. vt animarum, de conſtitut. lib. 6. neque etiam ſi tranſferatur ad aliam Eccleſiam, idè deſinunt robur ac firmitatem habere. Geminianus in d. cap. vt animarum. Barbofa in paſtorali, p. 3. alleg. 93. num. 23.

42 Sed ad hoc vt valeant, debet ſtatui ſecundum ius Canonicum, & iuxta Pontificis ſtatuta, ſeu Concilij generalis, c. inſtitutionis 25. quaſt. 2. c. quod ſuper his, de maioritate & obedientia. Clementina ne Romani, & ibi Cardinalis de electione. Panormitanus in c. finali de conſuetudine, num. 7. & 8. Chriſtophorus Caſtelliono conſil. 21. num. 10. Anguianus de legibus lib. 2. controuerſ. 2. per totam, & controuerſ. 3. in pr. Rodrigez tom. 4. de ſus obras c. 67. num. 23. Barbofa ſuprà num. 29.

- 43 Causa verò necessaria aduenien- dent : multos refert Diaz de Luco
te quòd possit statuere contra ius latè disputans *regula* 236.
tenent Baldus & Iason in *l. omnes*
populi. ff. de iustitia & iure. multos ci-
tat Diaz de Lucò dict. regula 238. *li-*
mitat. 1. Lancellottus in templo,
lib. 2. cap. 5. §. 3. num. 55. vbi ponit no-
uem casus.
Potest etiam ius commune, seu
lex superioris, statuens coadiuare.
Gloss. in *Clement. ne Romani, de elect.*
& ibi Cardinalis *verbo tolli. Zilettus*
consil. 93. num. 3. incipit, die duode-
cimo Iulij. Alexander de Neuo con-
sil. 60. incipit, in Christi nomine,
num. 8.
- 44 Licet etiam episcopo statuere
contra consuetudinem, maximè si
est præiudicialis Ecclesiæ, sui Ca-
pituli consilio requisito, licet non
habito. Valencuela *consil. 34. incipit,*
inuocato diuino numine, n. 11 2. vsque ad
135.
- 45 Nequit tamen immutare statu-
tum suæ Ecclesiæ sine consensu
Capituli, neque Capitulum sine
consensu Episcopi. Panormitan. in
c. cum omnes, de constitut. Lancellot-
tus in templo, lib. 2. cap. 5. §. 3.
num. 43.
Neque Capituli consensus pro-
derit ad hoc vt valeat Episcopus
statuere contra ius. Guillelmus Ro-
deanus *titulo de simonia, tom. 2. part. 1.*
cap. 24. num. 1.
- 46 Neque etiam si interueniat cleri
& Capituli consensus, statuere po-
test, quòd promoti ad minores or-
dines continentiam seruent: de-
fendit Anguianus *de legibus lib. 2.*
controuers. 2. num. 26. contra Archi-
diaconum in c. certè num. 1. 12
quæst. 1.
- 47 At verò potest facere edictum
vt omnes ostendant titulum sui be-
nificij sub pœna priuationis, & si
non ostenderint in pœnam inci-
- Et statuere quòd quis non ha-
beat vocem in Capitulo, nisi sit in
sacris constitutus. Clement. *et hi*
qui de etate & qualitate. Alexander
de Neuo dict. consil. 60. incipit in
Christi nomine, num. 16.
- Et potest rem ecclesiæ infeuda-
re sine consensu Capituli, si talis
res aliàs in emphiteusim data fuit.
Calderensis *consil. 1. de his quæ fiunt*
à Prelato sine consensu Capituli,
fol. 30.
- Potest etiam sine consensu Ca-
pituli remittere iniuriam sibi &
Ecclesiæ factam. Burgasius *de irre-*
gularitate, part. 6. num. 6. titulo de
tregua & pace. Albericus in l. si
quis in hoc. c. de Episcopis, & cle-
ricis.
- Si laicalis potestas aliquod pro-
mulgasset statutum generale, com-
prehendens laicos & clericos, po-
test episcopus compellere laicalem
potestatem ad hoc, vt declarent
tale statutum neque loqui, neque
comprehendi in eo clericalem sta-
tum. Ioannes Andreas in *c. final. de*
immunit. Ecclesiar. lib. 6. Alderanus
Mascardus de general. statutorum in-
terpretatione, consil. 1. n. 79.
- Si verò tale statutum expressè
clericos comprehenderet, & in
præiudicium clericalis status fuis-
set, poterit propria autoritate,
nullo citato & audito tollere. Feli-
nus in *c. Ecclesia sancta Maria, de*
constit. n. 108. Alderanus Mascardus
suprà num. 80.
- Potest episcopus dispensare con-
tra statuta sua, & Synodalia, &
etiam contra alia ipsius decreta sta-
tuere, ac ea reuocare, dummodò
iurata non sint, neque transissent
in priuilegium, seu contractum.
Felinus in *c. at si clericus. §. de adulte-*

riis, num. 6. de iudiciis. Geminian. in c. licet canon. num. 8. de elect. Franciscus Leo in thesauro, part. 2. cap. 8. num. 58. Aegidius Coninck de Sacram. disp. 33. dub. 1. num. 4. Luco regula 242. Armilla verbo dispensatio. num. 24. Syluester eodem verbo, num. 19. Seraphinus de Seraphinis privilegio 75. num. 17. fol. mibi 458. Marcus Antonius Bauurius de virtute iuramenti, num. 153. Barbosa in pastoralis part 2. alleg. 34. num. 3. Sayrus de censuris lib. 6. cap. 11. num. 11. Azor institut. moral. part. 1. lib. 5. c. 15. quaest. 7. vers. in presenti.

Potest etiam dispensare in statutis antecessorum, quamuis ipse iurasset neque reuocare, neque in eis dispensare; sed ne peccet requiritur quod ipse prius secum dispenset in iuramento à se praestito. Emanuel Rodriguez alios referens tom. 3. de sus obras cap. 121. num. 6.

55

Et tam Episcopus quam eius Vicarius ad instantiam literas monitorias concedere possunt, ad hoc quod si non adimpleant eius mandatum, & restituant quod furati sunt, excommunicationem incurrant. Argum. text. in c. sacerdotibus, de off. ordinarij. c. ad nostram. 2. de iure iurando. c. constitutis 1. Arg. text. per locum ab speciali, in c. dilectus, de excessib. Praelatorum. c. Romana. §. caueant de sentent. excommunicat. Concil. Trid. sect. 25. de refor. cap. 3. Gloss. in l. civile. c. de furtis. & ibi Bartol. Bald. & caeteri Scribentes. Baldus in d. cap. si sacerdos. & Aretinus in c. nouit, de iure iurando. Stephanus Aufreerius in additionibus ad clementinam primam, de offic. ordinarij, & in tractatu de potestate Ecclesiae super saeculares num. 53. Ioannes Neucianus in sua Sylua lib. 3. num. 38. Nauarr. in manuali cap. 27. num. 10. Bernardus de Luco regula 243. vbi plures

refert limitationes. Henriquez in summ. lib. 13. cap. 17. §. 4. Gutierrez canonicar. lib. 1. cap. 11. num. 8. Garcia de beneficiis part. 5. cap. 8. num. 94. Soarez tom. 5. disp. 20. sect. 1. n. 2. Sayrus de censuris lib. 1. cap. 9. n. 33. vers. primum est. Sanchez de matrimonio lib. 3. disput. 29. quaest. 2. num. 16.

Episcopus dum est in suo Capitulo non habet nisi vnam vocem; & quando est in Capitulo semper praesumitur adesse, vt Praelatus, non vt canonicus. Nicolaus de Milis verbo Episcopus, in repertorio vers. Episcopus in dubio.

56

Et quando adest vt Episcopus in Capitulo si canonicorum vota paria sunt, quia tot sunt de vna parte capituli quam de altera, in illa parte vbi votum Episcopi est, ibi maior constituitur pars Capituli: vide Hostiensem in cap. postulastis, de concess. praebendae citatus, & sequutus à Celso Hugone conf. 28. incipit, viso puncto & facti num. 8.

57

Aduertant etiam Episcopi quod maiestuosè tam in Synodo capituli quam in aliis actibus, & locis suam conferuent dignitatem: & licet aditum ad se faciliter omnibus praebent, non tamen se contemni patiantur, neque familiariter ad colloquia alios admittant: nam ex conuersatione aequali contemptio nascitur dignitatis.

58

Sed in cognoscendo neque exandescere aduersus eos, quos malos putant, neque precibus calamitosorum in lacrymari oportet: id enim non est constantis & recti Iudicis, cuius animi motum vultus detegit: & summatim ita ius reddere debent, vt auctoritatem dignitatis ingenio suo augeant. Arg. text. in l. obseruandum ff. de offic. praesidis, l. hunc titulum, in pr. ff. de postulando.

59

*lando. l. 1. §. quamvis. vers. si seruus
hæres. ff. de ventre inspiciendo. & ibi
Scribentes, & in l. obseruandum. &
sic in diœcesi omnes præcedere te-
netur etiam Magnates ac Principes
laicos. Concil. Tridentin. Panor-
mitan. in c. omnes. num. 1. de maiori-
tate & obedientia. num. 1. & sedere in
sua Ecclesia in eminentiori loco,
puluinari adhibito & si sedit extra
Ecclesiam suam, & diœcesim in ali-
quo studio, Capitulo, aut consilio,
si sedit tamquam Episcopus omnes
præcedit.*

61 Si verò tamquam Canonicus,
Consiliarius, aut Scholaris, debet
sedere ante omnes Canonicos, non
ante dignitates, & ante omnes Co-
siliarios post Præsidentem, & ante om-
nes scholasticos post Rectorem, nisi
in contrarium esset consuetudo.
Gloss. in c. auditis, & ibi Panor-
mitanus num. 4. de elect. Felinus in
rubrica de maiorit. & obedient. num.
9. Menoch de arbitrar. centur. 1. lib.
2. casu 68. num. 23. & 24. Boherius
de auth. magni consil. num. 65. & 66.
Zerola in prax. verbo Episcopus, num.
7. p. 1. Franciscus de Pauinis de
offic. & potest. Capituli, sede vacan-
te q. 10. 2. parris principalis, num. 17.
Mandosius consil. 99. num. 13. vol. 1.
Franciscus de Ponte consilio 14. pro
Priore Ungaria, num. 49. tom. 1. Fau-
uius de Anna conf. 122. num. 20. vs-
que ad 30. Lancellot in templo, lib. 2.
cap. 5. §. 4. n. 11. Anellus Amarus
tom. 1. conf. 30. incipit, cum temporum
calamitas, num. 4. Ioann. de Hebia
in Curia Philippica, p. 1. §. 1. verbo
cabildo, num. 4. Sigismundo Scacia
de appellationibus, lib. 3. cap. 2. quest.
8. num. 92.

Nam ibi non consideratur vt
Episcopus, sed vt particularis, ge-
rens actum scholastici aut Con-
siliarij: & idè si in aliquo Con-

filio assistat episcopus habens Mar-
chionalem aut Ducalem digni-
tatem, non præfertur alijs Episco-
pis. Lodofredus in paraphr. feudali.
cap. omnes. titul. si de feudo defuncti
fuerit controuersum. Felicius Conte-
lorius de præcedentia religionis Prædi-
catorum q. 1. n. 24.

Et ibi dicit Contelorius, quòd
Cardinalis filius Regis, in sedendo,
& in alijs actibus, non præfertur
Cardinalibus antiquioribus. Freuia
de feudis num. 1. §. alia etiam, num. 22.
& sequenti. & lib. 2. quis dicatur Dux,
n. 58. vers. non obstant.

63 Quemadmodum episcopus Con-
siliarius debet sedere in loco vbi
sederet alius Consiliarius, qui non
esset episcopus: quia ibi non repu-
tatur vt Episcopus, sed vt Consilia-
rius. Lanarius consil. 88. n. 17. Felicius
vbi pro. n. 20.

64 In Vniuersitate Salmantina epi-
scopi præcedunt ceteros alios, non
exceptis neque Rectore, neque
Cancellario. Didacus Perez in l. 31.
tit. 3. lib. 2. ordinamenti. vbi citat
quamdam constitutionem dictæ
Vniuersitatis.

65 Et si ingrediatur in aliqua pro-
cessione, quamuis processio fiat
in monasteriis exemptis sui terri-
torij, debet episcopus præcedere
Prælatum illius religionis, etiamsi
sit Prouincialis aut Generalis. Ema-
nel Rodriguez questionum regular.
tom. 2. quest. 59. art. 1. fol. 293.

66 Sed Capellanus maior Cappellæ
regalis in regia Capella omnes Ar-
chiepiscopos, & episcopos præce-
dit, licet ille episcopus non sit, &
in qualibet Ecclesia Cathedrali si
Rex præsens fuerit, præcedit etiam
Episcopum illius Ecclesiæ, & fa-
ciet officium celebrans solemniter,
non tamen in Pontificalibus nisi sit
episcopus. Emanuel Rodriguez
tom. 3.

tom. 3. de suis obris cap. 61. num. 1. & 2.

67 At verò in Capella Papæ in actu requirente ordinem Episcopalem, præfertur Cardinali non Episcopo, in aliis verò casibus Cardinales præcedunt. Ioannes Garcia de nobilitate, gloss. 48. §. 3. num. 54. verssi verò sunt. cum sequenti.

68 Et tam in vrbe Romana quàm extra Protonotarios præcedit, & etiam illos, qui sunt de numero. Thomas Zerola in praxi. p. 2. verbo Episcopus. n. 25.

S V M M A R I V M.

Episcopo an liceat creare Vicarium, & ad quid constituitur. num. 1.

Vtrum requiratur Capituli consensus ad deligendum Vicarium. num. 2.

Quæ ætas requiratur in eo, qui creandus est Vicarius. numero 3.

An possit laicus constitui Vicarius. num. 4.

Episcopus, qui duos Episcopatus habet, vtrum debeat duos creare Vicarios. num. 5.

Communitas alicuius loci, an possit petere se tueri in possessione quòd ibi semper assistat Vicarius. num. 6.

Vtrum habeat iurisdictionem ordinariam. num. 7. & vtrum habeat dignitatem. num. 8.

Potest esse d. legatus Papæ. ibid.

Quos præcedere debeat præsentem Episcopo, & quos absente. num. 9. & 10.

An ipse absente Episcopo alium Vicarium constituere valeat. numero 11.

Vtrum appelletur de Vicario ad Episcopum, & quid si fiat per modum querelæ à grauamine. num. 12. & 13.

Vtrum liceat Episcopo causam coram suo Vicario pendente auocare. num. 14.

Vtrum delegati Apostolicæ sedis id facere possint. num. 15.

Ex generali commissione vtrum permissum Vicario admittere resignationes, seu beneficii priuare. num. 16.

Vtrum dare reuerendas. numero 17.

Vtrum dare reuerendas. num. 17. An dispensare in impedimentis occultis matrimonium dirimentibus. num. 18.

Quid in votis: & quid sine speciale mandato possit facere, remissiue. num. 19.

Præuilegium concessum Episcopo an prosit Vicario. num. 20.

Quando vno die Episcopus & Vicarius beneficium (vno inscio prouisione alterius) conferunt quæ collatio valeat. num. 21.

Resignationem beneficii si eo tempore Vicarius admisit, quo Episcopus mortuus erat, Vicario inscio, an admissio locum habeat. num. 22.

Si dum esset Vicarius indicauit in aliqua causa, à qua sententia appellatum fuit ad Archiepiscopum, & ipse tunc temporis Archiepisco

- chiepiscopus factus est, an possit
ius dicere in ea. numero 23.
& 24.
- Recusatus, seu excommunicatus
Episcopus, utrum excommuni-
catus censeatur Vicarius. nu-
mero 25.
- Mortuo seu translato Episcopo,
utrum iurisdictio Vicarij ces-
set. num. 26.
- Vicarius iurisdictionem utrum
à lege an ab Episcopo constituen-
te accipiat. num. 27.
- Iurisdictio ordinaria utrum expi-
ret mortuo superiore constituen-
te. num. 28.
- Iurisdictio delegata an finiatur
mortuo delegante. num. 29. &
utrum in hoc casu partes possint
prorogare iurisdictionem dele-
gati. num. 30.
- Quando una iurisdictio ordinaria
adhaeret alteri ordinaria, ut
accessoria, finitur cessante iurisdic-
tione cui adhaeret ut accesso-
ria. num. 31.
- Vicarius Episcopi mortui an va-
leat petere salarium sibi non
solutum, Episcopo successori.
num. 32.
- Vicarius an censeatur reuocatus
per creationem secundi, si non
certioratur. num. 33. & 34.
- An possit Episcopus reuocare Vi-
carium sine causa, & quid si iur-
rasset non reuocare. num. 35.
& 36.
- Utrum Episcopus debeat precisè
constituere Vicarium. num. 37.
38. & 39. ac 40.
- An possit constituere alium loco sui,
qui assistat, cum Inquisitoribus
haeretica prauitatis. num. 41.
- Est Episcopus dominus absolutus in
spiritualibus in Diœcesi sua.
num. 42.
- An possit visitare Diœcesim.
num. 43.
- Quod debent facere singulis annis,
nisi consuetudo in contrarium
extet. num. 44.
- Utrum per se, an per visitatores.
num. 45.
- Quali reuerentia debeat recipi,
quando intrat ad visitandum.
num. 46.
- Paruo victu debet esse contentus in
visitatione. num. 47.
- Debet abstinere à famulorum mul-
titudine, dum visitat. num. 48.
- Utrum loca pia possit visitare pro-
pria auctoritate, seu delegata.
num. 49.
- An possit visitare loca pia sub Re-
gum protectione existentia.
num. 50.
- Clericos exemptos an possit visita-
re. num. 51.
- An monasteria monialium. nu-
mero 52.
- Licentia Episcopi an requiratur, ad
hoc ut monialis exire possit è
clausura. num. 53.
- Contra legatarios non implentes
defunctorum voluntates, utrum
procedere liceat Episcopo. n. 54.
- Quid si sunt officiales sanctae In-
quisitionis. num. 55.

Testator utrum prohibere possit
quòd Episcopus in implemen-
to suæ voluntatis non se in-

troumittat.num. 56.
Utum possit commutare defuncti
voluntatem.num. 57.

DE VICARII GENERALIS CREATIONE ET VISITATIONE.

CAPVT SECVNDVM.



COMPETIT enim Episcopo de iure cõmuni potestas, Vicarium generalem seu particularem ad faciliorem subditorum gubernationem creandi. Textus in *c. Romana de offic. ordinar. lib. 6.* cum multis Anguianus *de legibus, lib. 2. controuers. 26. num. 14.* Couarruias *variar. resol. c. 20. lib. 3. n. 4.* Lancellottus *in templo, lib. 2. cap. 5. §. 3. num. 51.* Emanuel Rodriguez *questionum regular. tom. 3. art. 2. q. 76. n. 1.*

Ad cuius creationem procedere debet sine consensu seu assensu Capituli. Azor *institut. moral. part. 2. lib. 3. cap. 43. quest. 2.* Bauinus *de off. & potest. Capituli sede vacante, part. 2. quest. 10.* Rebuffus *in praxi titul. de Vicario Episcopi, cap. 1. num. 1.* Barbosa *in pastoral. part. 2. alleg. 54. num. 54.*

Ætas namque in eo requisita viginti quinque annorum est. Azor *ubi proxime, quest. 10.* & Barbosa alios referens.

Debet etiam esse in minoribus saltem constitutus, vt cum multis resoluit Ioannes Barladorius *in sexqui centur. quotidianar. controuers. differens. 9. §. 1. num. 339.*

Si Episcopus duos Episcopatus vnitos habet, sufficit si constituat

vnicum Vicarium generalem, pro expeditione causarum vtriusque Diœcesis, & poterit habitare vbi Episcopus residentiam continuam fecerit. Barbosa *suprà, num. 131.*

Communitas alicuius loci non potest petere se tueri in possessione quòd ibi resideat Vicarius generalis aut particularis. Paulus Æmilius *decis. 306. fol. 82. part. 1. numero 6.* Barbosa *in pastoral. alleg. 54. part. 3. num. 125.*

Vicarius Episcopi habet iurisdictionem ordinariam. Alexander *in l. more. num. pene ultimo. ff. de iurisdictione omnium iudicium.* Gloss. *in c. licet, 2. verbo officialem, de offic. Vicarij, lib. 6.* Couarruias *variar. cap. 20. num. 4.* Robertus Maranta *in speculo iuris, iudiciorum, dist. 5. num. 12.* Panormitanus *in c. ex tua, de officio Vicarij.* Glossa *in c. Romana, verbo generaliter, de appellationibus, libro 6.*

Et ideò habet dignitatem & potest esse delegatus Papæ. Clement. *& si principalis, 2.* & ibi Cardinalis *num. 22 de rescriptis.* Rebuffus *in praxi beneficior. titulo de forma Vicarij, num. 27.* & titulo *de Vicario Episcopi, num. 4.* Gratianus *disceptat. forensium cap. 107. num. 28.* Menochius *consil. 51. num. 33.* Barbosa *suprà num. 132.*

Et